

9. Venio nunc non iam ad furtum, non ad avaritiam, non ad cupiditatem, sed ad eius modi
 3 facinus, in quo omnia nefaria contineri mihi
 atque inesse videantur; in quo di immortales
 violati, existimatio atque auctoritas nominis
 6 populi Romani imminuta, hospitium spoliatum
 ac proditum, abalienati scelere istius a
 nobis omnes reges amicissimi, nationesque,
 9 quae in eorum regno ac ditione sunt. Nam
 reges Syriae, regis Antiochi filios pueros, scitis
 Romae nuper fuisse; qui venerant non
 12 propter Syriae regnum, nam id sine controversia
 obtinebant, ut a patre et a maioribus
 acceperant, sed regnum Aegypti ad se et ad
 15 Selenen, matrem suam, pertinere arbitrabantur.
 Ii posteaquam temporibus rei publicae
 exclusi per senatum agere, quae voluerant,
 18 non potuerunt, in Syriam in regnum patrum
 profecti sunt. Eorum alter, qui Antiochus
 vocatur, iter per Siciliam facere voluit, itaque
 21 isto praetore venit Syracusas.



Vorderseite einer Tetradrachme mit dem Portrait Antiochos' XIII. von Syrien

non iam h.: schon nicht mehr — **furtum, -i**: Diebstahl

3 **contineri** (*in alqa re*): enthalten sein (in etwas) — **existimatio, -onis** (*existimare*): Meinung, Ruf

6 **imminuere** vermindern, schmälern, beeinträchtigen — **hospitium, -i** (*hospes*): Gastfreundschaft — **spoliare** / SW, h.: mit Füßen treten — **abalienare** (*alienus*): entfremden, abspenstig machen

9 **dictio, -onis** (*dicere*): Weisungsbefugnis, Macht und Gewalt — **reges Syriae**: jugendliche Söhne des Königs Antiochus von Syrien, die die legitimen Erben der Seleukidenfamilie waren — **pueri** h.: präd. Gebrauch — **nuper** (*Adv.*): neulich, vor Kurzem

12 **controversia, -ae**: Meinungsverschiedenheit, Streit

15 **Selene, -es** (*Akk. -en*): Selene; gr. Name (eig. „Mond“) für eine Frau — **tempora rei publicae**: die Zeitumstände des Staates, die widrigen politischen Verhältnisse (vor allem wegen des Krieges mit Mithridates VI., dem König von Pontos) — **excludere** (*cludere*): ausschließen, abhalten, hindern

21 **isto praetore**: Nominale Wendung im Abl. (Abl. abs.)